

Quamquam Carrariensibus dominis suis ille diutissime superstes fuerit, ultra tamen non est progressus, fortasse quod postremam illorum calamitatem referre animus non sustineret, aut potius quod detrectaret bella scribere deinde exorta inter Carrarienses & Venetos, ne illorum laude horum odia incurreret, sub quorum ditione natus is erat. Hujus autem 5
Historiae Codex MStus fuit olim (uti ex Laurentio Pignorio didicit Vossius) apud Albertinum Papafabam Episcopum Adriensem⁽¹⁾. Sed & in Ambrosiana Mediolanensi Bibliotheca post Cortusiorum Historias hoc idem opus habetur in Cod. MS. R. 223. f. ejusmodi titulo inscriptum: *Petri Pauli Vergerii Justinopolitani de Carrariensium familia, & de illu-* 10
strium ejus Principum rebus magnifice gestis. Ego Estensi Codice sum usus. Philippus autem Argelatus, mihi numquam satis laudandus, praedictum Codicem, atque alium signatum eadem litera R. n. 61. f. diligentissime contulit, & varias lectiones subiecit⁽²⁾.

Neque hoc solum Opusculum post se reliquit Vergerius. Librum 15
quoque *De ingenuis moribus* ad eruditionem adolescentum Ubertino Carrariensi dicavit, eumque habemus cum aliis ejusdem argumenti Scriptoribus tum Venetiis, tum Basileae publicis typis editum⁽³⁾. Vitam quoque *Francisci Petrarcae* ab ipso conscriptam evulgavit Jacobus Philippus Thomasinus Aemoniensis Episcopus in *Petrarcha redivivo*⁽⁴⁾. Ad 20
haec, teste Jacobo Philippo Bergomense, *Arrianum Historicum Graecum de Alexandri Magni gestis Latinum fecit*. Memorat etiam idem Bergomensis quasdam *cultissimas ejus Orationes in Divi Hieronymi laudem*. Insuper *adversus Sigismundum Malatestam, qui Virgilii Maronis*

(1) L'erudito padovano Lorenzo Pignoria, curato di S. Lorenzo, autore nel 1627 d'un *Catalogus de Patavinae historiae scriptoribus* (Museo Civico di Padova, cod. B. P. 801, III), morì nel 1633. Secondochè scrive A. GNESTOTTO (ediz. cit. del *De principibus Carrariensium*, p. 125), il codice già posseduto da Ubertino - non Albertino - Papafava, vescovo di Adria († 1631), passò poi a Bonifacio Papafava, nella cui biblioteca si trovava allorchando il TOMASINI pubblicò l'opera *Bibliothecae patav. manuscriptorum* &c., Utini, MDCXXXIX, dove il codice è menzionato a p. 116-7. Esso è il celebre cod. B. P. 158 del Museo Civico di Padova.

(2) Il codice Estense, adoperato dal

Muratori, più non esiste, come fu detto nella Prefazione. Filippo Argelati (1685-1755) era direttore della tipografia della Società Palatina di Milano, donde uscirono i volumi della raccolta Muratoriana.

(3) Per le edizioni del trattato ved. le osservazioni dello GNESTOTTO (ediz. cit., Appendice). La prima comparve, «a quanto pare», a Venezia verso il 1472; un'altra, ma non necessariamente la seconda, fu stampata (secondo Apostolo Zeno) nel 1474 a Milano, un'altra ancora a Milano nel 1477, e così via via sino all'edizione di Lipsia nel 1604.

(4) Cf. l'epist. LXXXII, p. 204, nota 3.